tricesimus sextus thonos concoleros. qui uocatur graece sar-
dana pallus. tharsum atque achialem condidit. & in proelio
uictus ab arboco medo sem & incendio concremauit. usq; ad id
tempus fuisse reges assyriorum hystoria refert. & fiunt
simul anni m cxcvii. Omnes autem anni regni assyriorum
a primo anno nini supputantur. mille ccxl. latinorum
xiiii us. pro cas siluius auentini superioris regis filius reg-
nauit ann̄. xx.iij. post quem. xv. mus. amulius siluius ann̄.
xlvii. ab arces medus assyriorum impiorum imperio de-
structo regnum in medus transtulit ubi primus ipse reg-
nauit ann̄. xxviii. macedonum regnum incho at primum
habens regem caranum. ann̄. xxviii. lacedemoniorum re-
ges deficiunt lydorum incipiunt. III. CC VIII.

Io atham filius ozio ann̄. xvi. olympias prima ab eliensi-
bus constituitur. post annos troianae captiuitatis. ccccv.
remus & remulus generantur marte & ilia io atham in-
ter cetera uirtutum bonarum opera portam domus dn̄i
sublimissimam aedificauit quae in actib; apostolorum
speciosa uocatur. Omnes siquidem portae templi inter-
ra fuerunt excepta speciosa quae pendebat quae ab he-
breis porta uocabatur io atham. III. CCC XX IIII.

Achaz filius io atham ann̄. xvi. ab ho conductus the-
glath falassar rex assyriorum rasin regem syrie
interficit. & habitatores damasci transtulit cyrenen:

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Staatsbibliothek zu Berlin Preußischer Kulturbesitz
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek zu Berlin – Preußischer Kulturbesitz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbb-pk_msphillipps1869/0212